



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

15. Moles nauium ex Europa in Indiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

Etas fumo eò rem Christianam redegisse vbi tunc miserè iacebat. Hinc vero postea classis Procurator abstinentiam hanc Xauerij prædicans plus sibi iactabat fuisse negotij ad perpellendum Xauerium, ne paucos libellos, & rusticas penulas ingeitas reiiceret, quàm ad explendam aliorum, nunquam satis expletam cupidinem. Hoc ergo tantulo, ad tantum iter instructus Xauerius, S. Iacobi Prætoriam conscendit, in qua illum secum Alfonso Martinus de Sosa, Indiarum Pro rege Gubernator habere voluit, tandem anno 1541. Aprilis 7. passis è Tago velis in altum mare auris adflantibus classis mouit.

15. Gauli regij maiores quos Lusitania ad Indos, vasto committit Oceano, tam capaci sunt mole, vt portent panè integros populos, præter pondus immensum mercium. Natarchos enim, & turbam nauticam; milites arcium præsidiatios; ministros regios, iisdem præfectos arcibus; & suis plarumq; cum familiis mercatores; mancipia, & seruos omnis generis, ad octingentos, & mille, pluresque interdum capiunt; & sua omnibus præbent concluiua, pro cuiusque gradu laxa vel angusta: merces verò iis imponendas, dum iacent in littore nemo credat posse naui omnes vna contineri; cum tamen illius partem vix infimam quandoque impleant, præter comparatum mille hominibus alendis, mensium octo comheatum. His ædificandis, armandis, instaurandis non potest alia quàm regum magnificentia par esse. Sentinam inter, & testum spatia, quinque vt minimum exstant tabularis, (maxime in Gaulis veteribus, quibus multum nostri de magnitudine concedunt) illic annona cibaria, mercimonia, arma, tormenta aenea, nonnunquam octoginta, ordinatim digesta, suum singula locum habent; præter suas ad puppim, & proram speculis velut arcis illius mobilis turres duas, & propugnacula. Qui vero essent in vsu bellicos constructi, eorum latera muro cingebantur lapideo, inter crassiores tabulas medio, nec leuioribus munimentis sat tuti credebantur aduersus tormentorum globos, & tempestatum, marisque impetus, quod vbi concitatum furit, tam horrendo verberare illos quatit, vt frangi necesse sit, si debiliori armatura muniantur. Ex malis quatuor à fundo surgentibus decumanum trabes compingunt magnæ, gomphis vnam in arborem consertæ ferreis & fastigiat speculatoia corbita viginti saltem pugnatorum capax: licet verò hic tanto & corpore nitatur, & pondere, & firmis circum sublicis fulciatur, vinciatque catenis immanibus, subinde ventorum rabie pulsatus, frustatim dissilit, vt si foret arundo fragilis: antennæ demum, rudentes, vt la. duodecim, fori, anchoræ, transtra, & reliqua, huic moli respondent; navigationis tempus, ventorum ludibrium metitur; nunc tamen auctâ maiorem in modum peritiâ nauticæ, nisi qui casus aut naues deflexerit, aut tardarit, post sextum mensem Goæ anchoras mittunt. Quo temporis spatio Africæ totius circuitu sulcanda sunt miliaria ad quindecim millia.

16. Nam Vlyssipone, Maderam proras, ad quartam Africi ex magnetico gnomone obuertunt, inde ad vitandam Canariarum malaciam per exteriora Fauonij ad Palmam insulam tenditur, Promontorium viride, & mon-

15
Moles nauium
ex Europa in
Indiam.

16
Vlyssipone
Goam it. r.

C tem.